Baranowski Ign. 189…

C.R. BIBLIOTHECA UNIVER. JAGELL. CRACOVIENSIS
2049
Kat. Komp.
I. Mag. St. Dr. P

Druk po r. 1764. to jest po założeniu szkoły bazyliańskiej w Buczaczu.

Wspomniany rok Annus hic undecimus. (czy 1811?)

E. XII, 352 (1750?)

~~Pozycja 5226~~

Сонурел

VENERABILI AC ADMOD: REVERENDO PATRI DNO
DOMINO

IGNATIO BARANOWSKI

O. S. B. M.

PHILOSOPHIÆ DOCTORI NEC NON ACTUALI SACRÆ THEOLOGIÆ PROFESSORI

VIRO

SAPIENTIA CLARISSIMO, MERITIS SPECTATISSIMO, VIRTUTIBUS COMMENDATISSIMO, DIEM SACRAM DIVINISSIMI INDIGETIS SUI

IGNATII M.

CELEBRANTI

DISCIPULI THEOLOGI SCHOLASTICI VILNENSES EJUSDEM ORDINIS SUI ERGA EUM DEVINCTISSIMI ET GRATISSIMI ANIMI DOCUMENTUM SEQUENTI COMPROBARUNT

CARMIME.

BIBLIOTHECA UNIV. IAGELL. CRACOVIENSIS

E XV 7/20

2049 I.

BIBLIOTHECA UNIV. IAGEL CRACOVIENSIS

Sola me Virtus dabit usque tutum
Sola Beatum.
Horat: Ode: 9.

Hesperides, quo celsa tenent Faſtigia Musæ,
Solivagus per amæna loci veſtigia flexi
Auriferi nemoris ſpectacula ſvavia luſtrans
Huc illuc recreans oculos perſingula volvi.
Hinc veniens Aquilonis ad oras ſorte beata,
Tum plausus celebris venienti fertur ad aures,
Dulcisonus labitur ſvavi modulamine Cantus,
Dulcia Vota ferunt ſummo de pectoris antro
Juſigni Claroque Viro virtute cuidam.
Hoc Phæbi cursu, qui curis littora ponit,
Quas tulit in Patriae laudem |juvenumque decorem:
Littora non tangens Claſſis ſuppreſſit habenas,

 Ut

Ut ſolvat feſto Patroni Sacra diei.
Hoc fere prodigio Divum miratus, & illinc
Sciscitor, unde Venit, quis, qualia geſta peregit,
Qui Veſtri celebris plausus diademate cinctus?
Talia vix retuli, ſed docta Minerva Dearum
Proſiluit numero, responsa tulitque deditque:
Noſtin JGNATIUM celebrem divine Poeta?
Annus hic Undecimus graviorum nuncce laborum,
Quos fert Jſte Pater meritis, virtute præaltus,
Dotes eximias extollunt diſſita regna,
Gaudet quisque Viri aggreſſus moderaminis agrum.
Hic ubi Podoliae fines Pannonia regnat,
Urbs Antiqua jacet Potocci nomine *Buczacz*,
JGNATIUS jecit ſua fundamenta laboris,
Hic documenta dedit, quis ſit, quantusque futurus,
Per medium ſtudium tribuit cognoscere celsa.

Hinc

Hinc Gedimini turrigeram pervenit in urbem,
Pontificis Summi consedit in æde ſacrata,
Cumque profeſſus erat quatuor feliciter annis,
Roſſigenas, ubi Duna undans circumluit oras,
Venit, Sacra dabat Polottis Dogmata Chriſti,
Quam colitur virtus, quam crimina preſſa jacebunt,
Edocuit verbis, exemplo expertus, Jdemque
Oſzmianae tractu partem ſe cantulit inde
Borunios, ibi Tulli docta ſtatuta ferebat,
Pieridum mulcens quam ſit contexere carmen,
Jnſtruit arte magiſtra quam ſit dicere culte;
Jndolis eximiæ ſpecimen monſtravit ad omnes,
Antopolim tandem carus novus advenit hospes,
Ut ſimili patrios juvenes conformet in arte.
At quum reddiderit rerum fandique peritos,
Jngenium, Virtus Chelmenſibus appulit Jpſum

Oris

Oris, hic placitum variorum Philosophorum
Pandere cæpit acumine plane prodigioso.
Obiicit atque resolvit respondere paratus,
Adiiciens mentem sentiret quisque Platonem;
Sic instans operi cursu fugiente trienni
Pontifici Chelmæ sacravit tumque laborem.
Hæc ego percipiens supremæ dicta Minervæ,
Sensi repletos blanda dulcedine sensus,
Oreque compellavi sic Heliconis Amicas:
Quis Vir hic & quantus fuerit mihi cognitus Jpse,
Testis ego cunctis oculatus que facit Hic Vir,
Quæ fuerat doctrina, meis hanc auribus hausi,
Quam ingeniosa sagaxque prudentia, quam studiorum
Pectora dulcis amor nutrit, quam sedula cura,
Omnibus ut placeat vigilat, de nocte dieque
Commoda nulla capit, trepidat vix damna salutis,

Ter

Ter donec percurrit Phæbus tergora Cancri
Quaque die lustrans oculis vigilantibus ista,
Chelmae mellitis hausi de fontibus hisce.
Magnificam tandem Gedimini missus in Urbem,
Jnveni pariter cunctis æqualia primis:
Sedulus, invigilans, studiorum cultor acutus
Jnquirit, retegit, panditque abscondita rerum,
Omnibus ut tribuat Doctrinæ lumina clara,
Quisque locus pateat Sacratæ Theologiæ,
Quique bibit lymphas Ejus de fonte fluentes,
Hunc noscit placitum Patrem, facilemque Patronum.
Talia quum retuli Musis, rursusque rogavi,
Jnsignis plausus, comes harum simque sodalis.
Octodecim nostrum sunt, qui moderamine gaudent
JGNATII celebris, qui dat nunc Festa Patrono,
Docta Minerva sinas nos annumerare cohorti,

Ut

Ut modulemur Ei, qui ſummo dignus amore,
Donaque ſuſcipiat, qui ſemper donat & ornat.
Sicque ſimul junctis Votis ac vocibus omnes
Millenos annos & proſpera cuncta precando,
Venimus Jndigetis Feſtos celebrare Triumphos,
Quis ſimul eſt Animus noſtrum, monſtramus in iſtis.



Biblioteka Jagiellońska
stdr0023071